

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. VI. Sub conditione de præsenti & præterito, etiam hab, Si Deus sciat, quod cras restitues, valet Absolutio; sed non licet sinè justa causa: sub conditione futura, suspensiva valoris usque ad ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

462 Disput. 7. De Sacramento Pénitentia.

131.  
Secundo

Resp. II. illa scriptura non erat Confessio sacramentalis, sed exigebarunt ut certius constaret de resipiscientia, & latifueret scandalum fidelium. Sicut etiam Inquisitores non solent reconciliare Hæreticos, nisi in scriptis fateantur, & abjuren suam heresim, quæ abjuratio solum ordinatur ad forum externum & judiciale.

Tertio.

Resp. III. Hic permittitur mulier simplici, dum tamen præfens sit, in scripto peccata efficer. Ita Glossa verb. Per scriptoram, & sequitur Scotus suprà dicens; Ioannes expont, quando confitens est præfens.

132.  
Objecito ex  
S. Cypriano,

Obicitur etiam S. Cyprianus Epist. 13. ubi sic ait: Occurrentum puto fratribus nostris (lapsis à fide ob timorem tormentorum; nunc autem resipiscientibus & postulantibus admitti ad communionem cum aliis sanctis) ut qui libellos à Martyribus acceperunt (quibus pax ipsi Promittitur) & prærogativa eorum apud Deum adiuvari possint, si incommode aliquo, & insinuatori periculo occupati fuerint, non expedita præsenzia nostra, apud Presbyterum quemcunque presentem, vel si Presbyter repertus non fuerit, & urgore exitus caperit, apud Diaconum quoque, exomologismi facere delicti sui possum, ut manus eius in Pénitentiam imposita, veniant ad Dominum cum pace, quam dant Martires, litteris ad nos factis, desideraverunt. Hac ille. Sed nihil contra nos.

133.  
Solvitur.

Enimvero apud omnes indubitatum esse debet, folis Presbyteris dictum esse à Christo Joan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; ergo per Exomologismum non significat hic Cyprianus Confessionem sacramentalem; neque per manus impositionem, quam concedit Diacono, Absolutionem sacramentalem, sed reconciliationem publicam cum Ecclesia, à qua separati erant per apostoliam à fide. Neque illam ipse facit in absentia, sed committit alii faciendum in praesentia.

& per pa-  
cem intelli-  
git Abso-  
lutionem à  
penitentis

Pax ergo, de qua ibi Cyprianus, erat Absolutionis à penitentis satisfactoriis; haec autem concedi poterat Diaconi, & cum etiam hodie usitata sit Archidiaconorum ab excommunicatione Absolutionis, tametsi in solo Diaconatus Ordine constituti sint. Nec mirum, cum constet ex lib. 8. Constitutionem Apostolicarum Clementis, auctoritatem excommunicandi habuisse Diaconos absente Presbytero; cap 34. ibi: Diaconus excommunicat Hypodiaconum, Libetorem, Camorem, Diaconam, si quid tale contingat, absente scilicet Presbytero. Habuerunt igitur illo absente etiam potestatem absolviendi ab excommunicatione, nam ejusdem est absolvere, cuius est excommunicare.

134.  
Additio  
Jac. Pameli

Addit. Jac. Pameli in Annotationibus ad illam Epist. Cypr. Fortassis quum Episcopus absens, & Presbyteri multi carceribus inclusi essent, ex privilegio quadam Diaconis in necessitate permissa est pénitentium reconciliatio, sicuti à D. Gregorio Presbyteris aliquan-

do concessam legimus Sacramenti Confirmationis administrationem, quæ folis aliqui Episcopis competit. Ita Pamelius.

Qui si intelligat per poenitentium reconciliationem, sacramentalē Absolutionem (ut videtur intelligere: nam adducit simile de Sacramento Confirmationis) nullatenus audiendus est, quia contra tortem Doctorum, absque ullo versimili fundamento, ut patet proposito loco.

Impræsentiarum sequitur agendum de Absolutione conditionali; quæ duplex vel triplex est, sicuti duplex est vel triplex conditio, ut puta, conditio de præterito, de præfensi, & de futuro. Quatuor ergo, an lecite, vel faltem valeat Absolutionis conditionalis? Et iuxta dicta disp. 1. de Sacramentis in genere sec. 7. concil. 9. responsio plana est, viciolice:

CONCLUSIO VI.

Sub conditione de præsenti & præterito, etiam hac, Si Deus fiat, quid cras restitus, valet Absolutione; sed non licet sine justa causa: sub conditione futura, suspensiva valoris usque ad impletionem conditionis, semper est invalida.

R Emitto Lectorem ad eas, quæ scripsimus de hac re disp. 1. sec. 7. concil. 9. & a rursum affirmo, nullam me videre rationem quare Sacerdos; prudenter dubitans, an formam bene protulerit; non posset absolvere sub conditione: si non es absolutus. Similiter si prudenter dubitet de legitima dispositione, sub conditione: si es dispositus.

Immo videtur Aliquis non improbat, Confessarium accedentem ad fedem confessalem, hanc generali posse formare intentionem: Volo omnes & folios absolvere, quoniam legitimè dispositi; ne videlicet Sacramentum exponatur periculo nullitatis, dum expulsus ab interno dispositio, tametsi exterior non apparat. Reliqua concernientia primam partem Conclusionis vide loco citato.

Quantum ad secundam partem, quæ præcipua est. Probant illam Aliqui per regulam juris 50. de Reg. Jur. in 6. Actus legitimè conditionem non recipiunt, neque diem. Et L. 77. ff. eodem titulo: Actus legitimè, qui non recipiunt diem, vel conditionem: veluti mancipatio, acceptatio, hereditatis aditio, servi opio, datus tutoris, in totum vitantur per temporis, vel conditionis adiectionem.

Sed,

Sed vel ex hac ipsa sola lege facis liquet,  
hanc probationem non subsistere, cum inter  
actus qui non recipiant diem vel conditionem,  
non enumeretur Absolutio sacramentalis.

Nec obstat, quod Regula Juris loquatur  
Generaliter, abique specificatione aliquorum  
actuum; quia certum est, quod aliqui actus  
conditionem recipiunt, ut patet ex l. 7.  
ff. de Contrah. empt. in principio: *Hac ven-  
tatio servit, Si rationes domini computassem  
arbitrio, conditionalis est; conditionales autem ven-  
tationes tunc perficiantur, cum impleta fuerit con-  
ditio; ergo illa regula non est generaliter in-  
telligenda, sicut sonat; sed accommodanda  
juri civili, juxta illud cap. 1. de Novi operis  
nominazione: Quia vero sicut leges non designan-  
taruntur Canonice imitari; ita & sacrorum statuta*

*Canum Principiam constitutionibus adinvantur.*  
Profecito si nullus omnino legitimus actus  
reciperet diem, vel conditionem, Conclusio  
nostra est nimis vera; nunc autem, quia, se-  
cundum communiorum sententiam, consensus  
matrimonialis admittit conditionem, contra-  
dictum est & alii. Similiter sententia judi-  
cium fori publici, si non diffinitiva, saltem  
interlocutoria, immo & diffinitiva; nam quod  
ponitur cap. *Biduum* 29. 2. q. 5. *Sanè quidem  
est, non est sub conditione sententia licenda;* probhet  
quid fieri; quod tamen factum tenet, inquit  
Glossa ibi verb. *Non est.* Cum, inquam, hi  
actus conditionem recipient; ut etiam particu-  
lares remissiones & condonaciones debitorum;  
nec non Absolutio à Censura, queri-  
tur disparitas, & laboratur à Doctotibus in  
ea significanda.

138. Ego meliorē non inversio; quamvis volun-  
tatem Christi, qui potuit nolle, & noluit jū-  
dicio sacramentale, & remissionem sacra-  
mentalem pro libitu ministri suspensam à con-  
ditione de futuro; sed voluit, ut posita suffi-  
cienti materia, & formā; vel statim valerer,  
vel nunquam. Illa autem voluntas constat ex  
communi sensu Ecclesia; que nunquam ad-  
misit Absolutionem sacramentalem sub con-  
ditione suspensiva valoris. Certum autem est,  
quod Ecclesia admittat consensem matrimonio-  
nis sub conditione de futuro i. sive valeat  
implēta conditione absque novo consensu, sive  
non, de quo disputabimus suo loco; quia ad  
præfētū punctum impertinens est; quoniam in  
positivis non recte argumentatur à paritate  
rationis, nisi ad evitandum absurdum.

139. Et vero leges civiles, estō admittant sen-  
tentiam publicam suspensivam valoris; ut  
etiam particulares remissiones & condonatio-  
nes debitorum; similiter leges Canonica tam-  
en patiantur Absolutionem à Censura sub  
conditione de futuro; quis dicere audeat;  
Christum illis legibus alligatum fuisse, ut non  
potuerit, aut voluerit ab illis excipere Absol-  
utionem sacramentalē?

Voluit sanè, ut proferretur hæc Absolutio  
verbis formalibus & propriè dictis, non nutu,  
scripto; aut aliis signis, ut non dirigeretur,  
nisi ad præsentem, tametsi Matrimonium pos-  
sit contrahi nutu & aliis signis, etiam in ab-  
sencia per Procuratorem; etò sententia publi-  
ca, particulares remissiones debitorum. Ab-  
solutio à Censura non requirant verba propriè  
dicta, aut præsentiam. Planè ergo sufficit  
voluntas Christi ad hoc, ut Absolutio sacra-  
mentalis sit invalida, si feratur sub condi-  
tione suspensiva.

Nihilominus fatigant intellectum suum ali-  
qui Doctores in assignanda alia ratione. Et  
quidem Vazquez q. 84. a. 3. dub. 5. dupli-  
ceme affigunt. Prima, quia voluntas conditio-  
nalis abolvendī; magis futura est, quam pre-  
fens: qui enim dicit: *Ego te absolvō, si feceris  
hoc;* idem est, ac si dicit: *Ego te absolvō, quan-  
do hoc feceris,* quæ revera est actio futura, quam-  
vis enim significetur tempore præsenti, con-  
ditio tamen futura efficit eam esse de futuro,  
unde videtur equivalentre propositioni de futuro,  
*Ego te absolvam;* aut saltem significat actionē  
illam internā Absolutionis futuram eo tem-  
pore, quo conditio subsistet, vi tamen prioris  
voluntas quam habuit sub conditione, &  
quæ amplius non existit, nisi interpretative  
& virtualiter; jam autem virtualis & inter-  
pretativa voluntas in Sacramentis nihil opé-  
ratur, nisi sit præsens voluntas aliqua ex priori  
derivata, in qua contineatur prior illa volun-  
tas implētæ. Ita ferè Vazquez:

Verū ( inquit Ariaga disp. q. n. 5.) Reiectū  
hoc non sufficit; quia idem est in Matrimonio.  
Secundū; quia falsum est, quod ea voluntas  
non sit de præsenti; est enim præsentissima,  
& amat objectum; sicut cùm dico: *Volo etas  
confiteri;* est voluntas de præsenti, circa objec-  
tum tamen futurum. Hæc ille.

Sed quantum ad primum, fatetur Vazquez  
idem esse in Matrimonio, & ideo requirit no-  
rum consensem implētā conditione. Ad se-  
cundū, Vazquez non negat illam voluntatem  
esse de præsenti, quia de præsenti non  
vellet effectum pro futuro: sed solum vult,  
quod illa voluntas, quæ jam est actualis &  
de præsenti, tunc quando ponetur conditio,  
& per consequens effectus, non erit actualis  
& de præsenti, sed præterita & virtualis tan-  
tum seu interpretativa: quam ipse putat non  
sufficere ad valorem Sacramenti; quamvis ego  
existim, hoc non posse satis probari, attentā  
præcisē naturā rei, immo etiam institutione  
Christi, si loquarunt de omnibus Sacramentis;  
nam, ut suo loco disfusus declarabimus, de  
facto, secundum communiorum sententiam,  
talis voluntas sufficit ad valorem Matrimonii  
non tantum in ratione contractū, sed etiam  
in ratione Sacramenti; quidquid Vazquez, &  
Alii nonnulli in contrarium sentiant. Et sanè  
potuisse

140.  
Prima ratio  
Vazquez  
quae absolu-  
tio sub  
conditione  
de futuro  
non valeat

141.  
Respondet  
Antor pro  
Vazquez  
Iam non  
potuisse

potuisse sufficere, si Deus voluisset, nemini debet esse dubium.

142.  
Argumen-  
tum Lugo-  
nis contra  
Vasquez.

Aliâ viâ impugnat Vasquezium Lugo disp. 13. n. 117. dicens: idem argumentum fieri potest, etiam in eodem Matrimonio, quando absolutè celebratur, prout communiter fit; nam voluntas primi conjugis non perferat physicè, sed virtualiter solum, quando consentiri secundus; & tamen tunc habet suum effectum prior voluntas, quia dum non revocatur manet virtualiter; si autem revocata fuisset, etiam interius, non valeret Matrimonium, quia jam non manerer virtuslitter prior voluntas; ergo sufficit voluntas manens virtualiter ad Sacramentum Matrimonii. Hæc ille.

Responsio  
Authoris.

Respondeo; certum est, intentionem virtuslitter propriè dictam sufficere, non tantum ad Sacramentum Matrimonii; sed ad aliud quodcumque, ut videre poteris disp. 1. sect. 7. concl. 8. scilicet intentionem habitualē, de qua ibidem concl. 7. nisi forte ad Sacramentum Matrimonii in casu praesenti, quando videlicet contrahitur sub conditione suspensiva; nam putant Aliqui, voluntatem illam non revocatam, propriè non manere virtualiter, sed tantum habitualiter; at quæstio est de nomine, de qua parum curandum.

143.  
In Matri-  
monio idem  
& minister  
& suscipi-  
ens, idque  
duplex.

De re autem, particula est Sacramento Matrimonii, quod idem sit minister & recipiens; & non solum unus minister, sed duplex. Et fane non est ambigendum, quin in utroque conjugi seu ministro requiratur, pro aliquo tempore, intentione minus virtualis propriè dicta, sicut in ministris aliorum Sacramentorum. Rogas, pro quo tempore? Respondeo, pro illo, quo signo externo exprimit suum consensum, tametsi post plures annos Matrimonium perficeretur.

Vale Mat-  
rimoniū,  
tamētī  
Consensus  
utriusque  
conjugis  
non simili-  
tudine ex-  
istit.

Nunc ad propositum; non disputat Vasquez, an consensus utriusque conjugis debeat simul existere physicè, ut valeat Sacramentum Matrimonii; clarum enim est quod non. An forte ut valeat Sacramentum Baptismi, oportet ut simul physicè existant materia, & forma Baptismi? Certum est, sufficere moralem co-existentiam. Quid si Christus duplice insitius sit minister Baptismi, unum qui ablueret, alterum qui proferret formam, nonne valeret intentio actualis, aut virtualis abluens pro tempore ablutionis, etiamsi quando profertur forma, & Sacramentum completer per aliud ministerium, prior jam obiisset? Indubie valet. Ergo cum in Sacramento Matrimonii sit duplex minister partialis, procul dubio valet Matrimonium, etiamsi consensus prioris physicè non perferetur, quando consentit secundus.

144.  
Neque hoc  
unquam ne-  
gavit Vas-  
quez.

Neque hoc unquam negavit Vasquez, est que casus plane distinctus; nam quamdiu non est positus consensus utriusque partis, quid

mirum si non ponatur effectus, cùm consensus utriusque sit ipsa essentia Sacramenti, adeoque nondum posita sit tota essentia Sacramenti? Unde accedente secundo consensu, jam operatur Sacramentum, non virtute solius voluntatis virtualis, sed virtute etiam voluntatis actualis, ut manifestum est.

Causa autem Vasquezii est, an sufficiat ad valorem Sacramenti Matrimonii utriusque voluntas, solum virtualiter seu interpretative præsens. Cùm enim tunc antecedenter sit postura essentia Sacramenti; sicur quando abhuiat infans, cum hac forma verborum: Ego te bapto &c. videtur posset aliquid, quod sicur minister Baptismi non potest suspendere effectum Baptismi per adiunctionem aliquid conditionis pro tempore futuro; ita pars ratione non possit minister Matrimonii suspendere effectum Matrimonii per similem conditionem; sed quod posito consensu actuali, vel virtuali utriusque, statim inducatur obligatio, vel nunquam. Atque hæc de prima ratione Vasquezii, communis omnibus Sacramentis.

Secunda ratio est peculiaris Absolucioni Sacramentali; quoniam (inquit supra n. 8.) ab aliqua conditione posset dependere, maxime ab ea, quæ pertinet ad debitam dispositionem ejus, qui absolvendus est; nam ab alia voluntaria conditione, quæ ad Sacramentum Absolutionem nihil pertinet, ridiculum est assertere, dependentiam aliquam esse posse. Ad quid enim hanc potestatem Christus contulit Sacerdotibus, ut possint ita absolvere: Ego te absolvio, si Imperator cras venies ex Germania? Quid enim ad iudicium pertinet exceptio hanc conditionem? Vitiatur ergo abilio, quæ sic suspendit actum.

Si vero pertinet ad penitentis causam & dispositionem, etiam est contra subtiliam formam: Absolutio enim, cùm sit iudicium de causa penitentis, supponit illam; ergo non relinquit aliquid penitenti facientium pro sua causa, de qua Sacerdos non judicet; alius si non noscit eius causam, peccata solleter, & dispositionem, quæ sunt substantiales huius actui judiciali, sequitur nullam esse ejus sententiam. Hæc illæ.

Sed contra primò; quia si adjudicatur conditione impertinens præterita vel præsens, etiam in aliis Sacramentis, v. g. si dicatur: Ego te baptizo, si pater tuus consenserit vel, consensus effectus dependet ab illa conditione, adeo ut Baptismus valeat, si revera pater consenserit, vel consentiat, alia non.

Ei si queris, ad quid potestatem hanc Christus contulerit ministris Sacramentorum? Respondeo & interrogabo, ad quid Christus voluit, ut Sacramentum dependere ab intentione ministri? Qui ergo dedit potestatem Sacerdotibus absolvendi, & non absolvendi, dependenter ab eorum libera & mera interna intentione.

*Sect. 3. De Forma Sacramenti Paenit. Concl. 6. 465*

intentione, dedit etiam potestatem absolvendi, dependenter à conditione impertinente præterita vel præsente. Ad quid? Ipse novit, qui dedit. An autem dependenter à conditione futura; de hoc disputamus.

Secundò, putamus nos, valere sententiam illius, qui per inadvertitiam non iudicavit de dispositione paenitentis; immo tametsi judicasset eam non adesse, si tamen velit absolve, & paenitens à parte rei sit dispositus, ut alibi latius dicetur.

Denique in illa ratione (inquit Lugo suprà n. 15.) non numerantur sufficienter omnes conditions, quæ possunt de futuro in Absolutione apponi; potest enim apponi conditio aliqua, quæ nec sit impertinens, nec etiam sit de dispositione prærequisita ad Absolucionem, sed de obligatione consequentia adimplenda, v. g., ab solvo se, si ieiunaveris etas in Penitentiam, vel, si reliquias &c. quæ conditions non sunt de dispositionibus prærequisitis ex le ante Absolucionem. Hec ille. Cur ergo ab hismodi conditionibus non poterit suspensi absolutionis?

Respondeat Lugo n. 119, quia verba realia non fuerunt absoluta, sed conditionalia, quæ licet posita conditione transeant in absolutas, hoc tamen non sit per positionem realem verborum absolutorum, sed per positionem virtualium, quatenus prijora verba non secutæ reservatione, & polita conditione centent moraliter seu virtualiter manere, & proferri absolute ab aliis conditione: hoc autem totum non est aliud, nisi prolatio virtualis verborum absolutorum; cum ergo in aliis Sacramentis, præter Matrimonium, non sufficiunt verba virtualia, sed requirantur realia, sicut non sufficiunt nisi scriptura; consequens est, ut neque sufficiant illa verba absolute virtualia, quæ dantur impletæ conditione, sed requirantur verba absolute, realia, & formalia. Huc uulge Cardin.

Sed haec solutio (quam amplexus fui disp. 1. fest. 7. concil. 9.) non placet Arriaga disp. 50. n. 6. tum quia totam disparitatem videtur reducere in defectum verborum, & non in defec- tum voluntatis de presenti ipsius Sacerdotis, cum tamen voluntas ministri debet maximè tunc existere, quando fit Sacrementum; existere, inquam, ita, ut faciat conjunctionem moralē: tum etiam, quia licet Concil. Florentinum assignaverit differentiam inter Matrimonium, & alia Sacra menta, quoad punctum verborum & nutuum; non tamen in ordine ad eas extrinsecas conditions de futuro, quæ nec verba, nec nutus sunt, nec sunt signa voluntatis, de his enim nihil dixit Concilium; si ergo nutus seu signa (que juxta Concilium sunt in Matrimonio, sicut verba in aliis Sacramentis) possunt pendere à conditione futura, per quam omnino declaretur voluntas, cur quælibet verba non poterint à similibus conditions dependere in aliis Sacramentis? Hec ille.

Sed contraria voluntas ministri Matrimonii sufficienter est præfens in conditione futura, cur non etiam voluntas ministri Absolutionis, aut alterius Sacramenti? Ergo non debuit Eminentissimus rationem disparitatis reducere in defectum voluntatis de presenti; sed optimè reduxit in defectum verborum, quia licet in Sacramento Matrimonii perinde sit, quo signo declaretur voluntas in aliis tamen Sacramentis declarari debet per verba realia & formalia, iam autem illa conditio futura, est quidem aliquid, per quod omoine declaratur voluntas, non tam verbum reale, & formale; & ideo sufficit in Matrimonio, non tamen in aliis Sacramentis.

Dices; quid si ergo poneretur conditio verbalis v. g. Ego te absolvio, si Petrus etas dixerit: Ego te absolvio? Respondeo, illam conditionem non esse verbum reale & formale, sed verbum materialis; quia non attenditur significatio illorum verborum, sed sonus tantum; quod inde probatur; quia qualibet verba possunt esse talis conditio: ergo si declarat voluntatem absolucionis, non declarant illam per modum aliquius signi vocalis, sed realis; nam verba formalia determinatam habent significationem.

Quantum ad Concilium Florent. fateor, non assignavit expesum differentiam inter Matrimonium & alia Sacra menta in ordine ad eas extrinsecas conditions de futuro; unde etiam ex isto Concilio non probatur explicitè illa differentia (quæ, non obstante Concilio, ab Aliquis negatur) sed ex differentia, quam assignavit quoad punctum verborum & nutuum, putamus probabilitè faltem colligi differentiam in ordine ad eas extrinsecas conditions de futuro, æquè, si non magis, quam ex Decreto Clementis VIII. quo declarat non posse dari Absolucionem absentis.

Ex quo utique Decreto à fortiori infert Arriaga suprà n. 7, ergo non poterit dari cum ea conditione de futuro, quia eo casu licet hodie esset prolatio verba Absolutionis, & hodie esset data Absolutio physicè loquendo, moraliter tamen & proprie primò absolviretur homo à peccato etas, quando conditio ponetur, hoc autem esset dare Absolutio nem & absenti, & sapè etiam à Sacerdote mortuo.

Addit idem Auctor duas rationes congruentiae. Prima, quia sic aliquando contingeret, ut ponereant omnes partes Sacra menta. Paenitentia, & tamen non ipsum Sacramentum; si v. g. quando completerit conditio, homo prius absolutus, in eisdem peccatis sibi complacet; in Matrimonio autem cessat hoc periculum, qui licet per peccatum subsequens impeditur effectus gratiae, valeret tamen matrimonium quoad conjunctionem &c. at in presenti non possumus conceperé validè absolviri cum, qui in eisdem peccatis sibi complacet dum absolvitur.

Nnn Secunda

148.  
Responsio  
Auctoris

Obiectio  
solvitur.

149.  
Ex Concil.  
Florent.  
colligitur  
differentia  
inter Matr.  
rimonium &  
alii Sacra  
menta quæ  
ad condi  
tiones de  
futuro.

An etiam  
ex Decreto  
Clement. 8<sup>o</sup>  
Arriaga.

150.  
Prima ratiō  
congruen  
tia ex Atq  
riaga.

Secunda  
congruen-  
tia.

Secunda congruentia est; quod Matrimonium non sit Sacramentum necessarium ad salutem, & ideo non est inconveniens quod illud impediatur per defectum conditionis, aut mutationem voluntatis alterius partis; esset autem inconveniens, si Sacramentum Pénitentia, quod est maximè necessarium ad salutem, sic posset impediri.

Quod si ideo dicatur, totum Sacramentum Pénitentia completum esse per Absolutionem & intentionem ministri hodie habitam, ideoque sive deinde Sacerdos mutet voluntatem, sive non, eam Absolutionem manere validam; effectum tamen illius non ponendum, nisi primò, quando conditio ponetur; contra facit, quod licet minister posse unam partem Sacramenti post aliam ponere, & hoc modo effectum differre; haud equidem positis omnibus partibus, facere eam dilatationem effectus, ut patet in Eucharistia, & aliis Sacramentis.

151.  
Etiam in  
Matrimo-  
nio posita  
omnibus  
partibus el-  
lentialibus  
statim pos-  
tur effectus  
Regius.

Immo in ipso Matrimonio, ut bene adver-  
tit Regius disp. 29. n. 13. ubi sic ait: Impossi-  
ble est ut infusio aquæ, vel pronunciatio for-  
ma ita pendaat re futura, ut hæc posita, aut  
non posita, illa etiam fuerint posita, aut non  
posita. In Matrimonio vero consensus inter-  
nus est pars essentialis, qui factus sub condi-  
tione, ita ab ea pendet, ut eâ posita, verè à  
parte rei compleatè ponatur, alia non. Simili-  
ter consensus externus in ratione signi ab ea-  
dē conditione pendet; nam verba, quibus  
internus consensus ita exprimitur, nihil deter-  
minant sponsi significant, donec sciant condi-  
tionem esse implitam. Pendet tunc itaque  
Matrimonium, non immediatè à conditione  
futura; sed à parte sui essentiali, qua ante con-  
ditionem non ponitur in esse. Et sic non mi-  
rum, si effectus usque ad positionem condi-  
onis differatur. Positā autem conditione, &  
consequenter tota essentiā Sacramenti Matri-  
monii, non potest effectus amplius differri;  
sed vel statim conferetur, vel nunquam, prout  
contingit in aliis Sacramentis.

152.  
Objecito ex  
Lugone.

Verūm hæc doctrina Regii displaceat Lu-  
goni supra n. 13; hæc ratione non est, inquit,  
cur magis consensus dicatur materia in Sacra-  
mento Matrimonii, quam consensus absolv-  
entis dicatur materia vel forma in Péniten-  
tia, cum in utroque requiratur essentialiter, &  
eodem modo. Sive autem dicatur, vel non  
dicatur materia, aut forma, negari non po-  
test, quin requiratur essentialiter in utroque  
Sacramento. Quare sicut ex ejus defectu non  
subsistit Sacramentum Matrimonii ante ex-  
pletam conditionem, eo quod consensus sit  
essentialiter requisitus ad illud; sic proper  
ejusdem consensus defectum non subsisteret  
Sacramentum Pénitentia ante expletam con-  
ditionem: post illam verò subsistet; quia po-  
nitur pars illa, essentialis, quæ debeat, sicut

in Matrimonio. Hucusque Eminens.

Sed videtur confundere consensum conjugum, per verba de presenti expressum, qui est tota essentia contractus matrimonialis, cum consensu ministrandi vel suscipiendo Sacra-  
mentum Matrimonii; & per consequens con-  
tractum Matrimonii cum Sacramento Matri-  
monii; cum tamen certum sit, de facto dari  
contractum matrimoniale, v. g. inter infra-  
deles, id est, non baptizatos, qui non in Sa-  
cramentum Matrimonii.

Diversa ergo ratio est consensu illius fuit  
contractus illius (de quo loquitur Regius)  
qui est tota essentia Sacramenti Matrimonii,  
sicut ablution in Baptismo; & illa verba: Ego te  
baptizo &c. sunt tota essentia Baptismi, diversa  
inquit, est ratio inter illum consendum ab una  
parte, & intentionem conficiendi Sacra-  
mentum ab altera; quia videlicet consensu seu  
contractu matrimonialis ita essentialiter con-  
quiritur, ut sine illo nunquam reperitur Sa-  
cramentum Matrimonii; utpote tota eius essentia;  
ipse autem contractus repertur ab eis  
intentione conficiendi Sacramentum, quia in-  
tentione illa est quid extrinsecum isti contractus  
licet necessarium, ut ille contractus habeat  
rationem Sacramenti.

Per consequens est aliqua ratio proprie-  
tatem magis consensus matrimonialis dicatur  
materia, vel potius tota essentia in Sacra-  
mento Matrimonii, quam consensus absolv-  
entis dicatur materia, vel forma in Péniten-  
tia. Ratio autem illa est, quod nullibi Corolla  
pro forma Pénitentia affigunt consendum  
absolvientis, sed illa verba: Ego te absolve &c.  
Porro Concilium Florent. non aliam affigunt  
materiam, vel formam Sacramenti Matri-  
monii, quam mutuum consensus signo extero  
expressum, quem vocat causam efficientem, non  
Sacramenti Matrimonii, sed Matrimonii, id  
est, vinculi seu obligationis matrimonialis.

Affigunt mihi Cardinalis aliquem locum  
similem, in quo dicitur: Materia vel forma ve-  
niens est consensus absolvientis per has verba ex-  
pressa: Ego te absolve &c. & jongo dexteram.  
Et quamvis consensus absolvientis essentialiter  
requiratur, non tamen nisi extrinsecus; sicut  
requiritur ipse minister absolvientis; unde non  
est pars essentialis intrinseca, sicut contractus  
vel consensus conjugum est pars, immo tota  
essentia intrinseca Sacramenti Matrimonii, de-  
contra ipsum probavimus longè & latè disp.  
fact. 3. concl. 1.

Dico ergo, sicut dixi disp. 1. sect. 7. con-  
cluf. 9. in iure loquendo ne quidem Sacra-  
mentum Matrimonii unquam ministratur sub  
conditione de futuro; sed contractus matri-  
monialis incipit; perficitur autem tam in re-  
latione contractus, quam Sacramenti, impleta  
conditione, adeo ut non sit in potestate  
ministrandi.

ministri Matrimonii perfecit contrahere, & nihilominus suspendere effectum Sacramenti ab aliqua conditione in futurum.

Exempli gratia, supponamus sententiam, quam Alqui putant esse veram, ut suo loco videbimus, quod Matrimonium inter fideles posse esse validum in ratione contractus, & non Sacramenti; Dico; quod non sit in potestate contrahentium facere contractum validum, & suspendere rationem Sacramenti ab aliqua conditione in futurum; sed vel statim valet contractus ille in ratione Sacramenti, vel nunquam valebit, eodem modo, quo in aliis Sacramentis, posita materia & forma Sacramenti, v. g. in Baptismo ablutione cum his verbis: Ego te baptizo &c. & in Sacramento Penitentiae posita haec forma verborum: Ego te absolvio &c. previa Confessione, vel statim valet Sacramentum, vel nunquam.

Ut proinde tota differentia inter Matrimonium, & alia Sacramenta, in eo consistat, quod contractus matrimonialis admittat conditio-  
nes de futuro instar alterorum contractuum, ita ut non sit absolutus & perfectus contractus, nisi impleta conditione, sed solum quasi initium; Ablutio autem & quae sit perfecta & completa & absoluta, sive addatur conditio futura, sive non. Et similiter pronuntiatio forme, v. g. Ego te baptizo &c. cum sit actio aliqua externa, fieri non potest, ut semel posita, posita, deficiente conditione aliqua, non fuerit posita. Vel si nunquam posita adhuc fuit, nequit fieri, ut per formam conditionem supervenientem ponatur.

Dices, fieri potest, ut adveniente conditione, absolute & perfecte significet, quod antea tantum significabat conditionate & imperfecte. Respondeo; significacionem non esse formam Sacramenti, sed magis externam pronuntiationem, quamvis non abesse significacionem: cum ergo quando significatio ponitur, non amplius exigit externam pronuntiationem, quae est forma; si ante non erat Sacramentum, neque jam est Sacramentum, defecta forma. Hæc possent sufficere pro doctrina communi.

Perplacet tamen adiungere novum aliquid argumentum, novit, ut puto, inventum à Bono Specie, quia in aliis Auctoribus, quos perlegi, illud non inventio. Est autem hujusmodi: Nisi Sacramentum operetur dum est, posita postmodum conditio potius gratiam ex opere operato conferet, quam ipsum Sacramentum, quod diei non potest; vide argumentum capitulo Ad hac quoniam De Appellat. ubi prohibetur Absolutio in suspenso. Hæc ille disp. 4. n. 35.

Vidi cap. Ad hac quoniam 37. et que sequentis tenoris: Ad hac quoniam sub interdicto aliqui confitunt appellant, & deinde illud servare contemnunt; quid in hoc casu servandum sit consilere voluntati. Neverterigit, quod sicut post appellationem excommunicari non possint: sic interdictum nequeant, cui ante appellationem eos constat suppo-

sitos, declinare. Vidi, inquam, & maturius expressi singula verba illius capituli, sed nondum vidi argumentum, id est, quomodo ex isto capite possit probari, quod non licet aut valeat Absolutio sacramentalis sub conditione de futuro.

Et vero, ubi prohibetur in isto capite Absolutio in suspenso? Neque de suspensione, neque de Absolutione aliqua mentio, sed de interdicto, & de appellatione, per quam clerici volebant declinare interdictum, cui ante appellationem supplici erant. Sed quid hoc ad propositum Absolutionis sacramentalis sub conditione de futuro? Iterum dico, non video.

Ut igitur finem imponamus huic Conclusioni, optima & efficacissima ejus probatio est Optima voluntas divina, qua statuit, ut omnia Sacra-  
menta operentur suum effectum statim, atque voluntas tota efficta potest, nisi aliquid obsteret. Licet ergo non repugnet, Absolutionem ferri sub conditione de futuro, præcisè quæ est Absolu-  
tio, equidem quia Sacramentum est, oportet reguatur naturam seu institutionem aliorum Sacramentorum; in tantum, ut si satisfacio, quæ est pars integralis, poneretur ante Absolu-  
tionem, statim post Absolutionem poneretur ejus effectus, id est, remissio peccatorum temporalis, nunc autem, quia ordinari sequitur Absolu-  
tionem, hinc non mirum, si tantillum differatur effectus, sicuti suspenditur effectus Bap-  
tismi post ablutionem usque ad prolationem forme, quamvis alioquin, si prolatio forme  
præcessisset, illicet post ablutionem Sacramen-  
tum contulisset suum effectum. Proinde, ut  
superius diximus, potest quidem minister su-  
pendere effectum, differendo aliquam partem  
Sacramenti, potest tamen materiam & formam,  
cum intentione conficiendi Sacramentum, non  
potest suspendere effectum; quia effectus sequitur ipsum Sacramentum quasi naturaliter, vel  
nolit minister. Et ideo dico:

## CONCLUSIO VII.

Dimidiari non potest Absolutio sacramentalis circa peccata mortalia ritè confessa, nec licite, nec valide.

**A**ndo illam particulam: Rite confessa, id. 158. est, confessa legitimo Iudici; nam fieri Quare ad datur in  
potest, ut penitentis confiteatur peccata refer-  
vata cum non reservatis illi, qui non habet Conclusio  
potestatem absolvendi a peccatis reservatis, &  
in isto calu planum est, peccata reservata tan-  
tum absolvit indirecte, tametsi peccata non  
reservata absolvantur directe, idque non de-  
fectu intentionis ministri, sed defectu potestatis;  
de hac ergo dimidiata Absolutione ponit  
loquitur Conclusionis; sed de illa, quæ præcisè  
N. n. 2. orietur